

**Dominica quarta****Sermo primus**

**E**stote misericordes sic  
 a pater misericors  
 est ac. **Lu. vi.** Inter le-  
 gem moysaica et euan-  
 gelium ista dicitur esse videtur. quod in illa  
 predicatur seueritas iusticie: hic dul-  
 corans misericordia. **Ita dicitur.** Estote mise-  
 ricordes. **Ibi dicitur.** se vocat dominum me-  
 tuendum: hic patrem benignum. **Ibi**  
 promittuntur carnalia et terrena. **h**  
 dantur celestia et eterna. **Ita pater**  
 iste sepe vocat patrem celestium  
 dator celestium. **In serie autem huius**  
 euangelij tria tanguntur. **Primo**  
 enim christus exemplo dei ad misericordiam nos  
 inducit. **Secundo** istius misericordie tres species  
 ponit. **Tercio** rationes et causas istarum  
 specierum ostendit. **Primum** notatur cum  
 dicitur. **Estote.** **Circa quod notandum** quod  
 licet habeat potentiam sapientiam diuitiam  
 aciem copiam et misericordiam: tamen non dicitur  
**Estote potentes** sic a pater potens  
 est. **Nec estote sapientes** nec  
 locupletes sed misericordes. **Ratio** huius  
 est quod appetitus potentie huius deiectione  
 ostenditur. **Quod deiectionis** eos dum alle-  
 uarent hoc patet in lucifero qui dei  
 potentiam appetiit et ideo in abyssum  
 abiectus fuit. **Appetitus sapientie** huius  
 inflatione. **Chor. viii.** **Sic inflat**  
**Chor. ix.** **Inflatus** seculi carnis sue  
 diuitie inducit primi obliuionem  
**Sen. xl.** **Succedentibus** prosperis pro-  
 positus pincernarum oblitus est io-

seph interpretis sui. **Don. vi.** **Inci-**  
 satus est dilectus et calcitrauit. **Se-**  
 quitur. **Deceit** qui deum factorem  
 suum. **Mia autem** inducit homines in ce-  
 lestis regni eternam possessionem.  
**Ubi dicitur** christus misericordibus. **Ma-**  
**xxv.** **Venite** benedicti patris mei.  
**Non dicitur.** venite potentes. sed de vo-  
 bis qui potentes fuistis ad biben-  
 dum vinum et viri fortes ad misce-  
 dam ebrietatem. **Ita dicitur.**  
 venite sapientes. sed de vobis qui  
 sapientes fuistis in oculis vestris  
 et coram vobis in seipsum prudentes.  
 ut dicitur ibidem. **Nec dicitur.** venite diui-  
 tes: sed de vobis diuitibus qui ha-  
 betis hic consolationem vestram ac. **Sed**  
 dicitur. venite misericordes. quod esuri-  
 ui et debistis in manducare. **Secundo**  
 ponuntur huius misericordie tres species. **Prima**  
 consistit in non iudicando quod  
 notatur cum dicitur. **Nolite** iudicare ne  
 iudicemini. **Inter** quod alii dicunt.  
**Non enim** solum in largitate be-  
 neficiorum sitis misericordes: sed  
 etiam in iudicando. **Notandum**  
 est autem secundum Augustinum de  
 mone domini quod quedam sunt pec-  
 cata manifesta. quedam occulta  
 quedam media. **De manifestis**  
 possumus iudicare. ut dicitur ibidem.  
**De apertis** que bono animo fieri  
 non possunt. ut sunt supra blas-  
 phemie et huiusmodi promittuntur  
 nobis iudicare. **Alia sunt** occul-  
 ta. et de his iudicare periculum  
 est. **Vnde super illud. ad Chorin-**  
**th. decimo.** **Reg** in seipsum iudico